Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



13

claritatem sapientiae quae fulgent. merito cir
culis conparati. quia aeterna est ipsa di sapientia
quam praedicant. Neq: incipiens extempore
neq: esse desinens aeternae diuinitatis quam homo
xpi accepit. Unde imminente hora suae passionis
precatur patrem dicens. Et nunc clarificame
tu pater apud temetipsum. claritate quam habui
prius quam mundus esset apud te. Quattuor am
angulos habet arca. quia sacramentum domi
nicae incarnationis per omnes mundi plagas
in quibus sca ecclesia dilatatur celebrari non desi
nit. Et per eosdem angulos quattuor quattuor
circuli sunt positi. quia in cuncis mundi fini
bus euangelium xpi saluandis fidelium cordibus
praedicatur. Duo autem circuli in latere uno.
et duo sunt in altero. uel quia duo euangelistae
discipulatui saluatoris in carne praedicantis.
et miracula facientis adherebant. Duo autem
alii post resurrectionem ascensionemq: eius ad
caelos ad fidem eius uenerunt. uel quia in fi
gura quattuor animalium duo qui per hominem
et uitulum designati sunt. passionum et mortis
eius indicia praebuerunt. Duo uero illi qui per
leonem et aquilam prefigurati sunt uictoriae